



Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XVIII. Die Aprilis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

XVIII. DIE APRILIS.

P. A N T O N I V S
S A N C H E Z .P. P E T R V S
B E R N A L .

*Hispanus Xetefij. 2.
April. 1601.
xstat. 19.
Soc. 28.*

Mortif.

Missiones.

Ang. Cufes.

IN Tyrocinio admirationi fuit Magistro nouitorum tam acer, tamque incitatus citra interspirationem vlam ardor Antonij. Adeo in se quapriuatum, quapalam scuebat, vt alios ad miserationem commoueret. Totum corpus ordine lacerabat flagris, nulli parti parcens; & se inter flagra identidem ita compellare auditus, sustine, canis, tantisper, sustine. Toto Aduento, & Quadragesimam vesperi, nihil omnino, quo se reficeret delibabar, nihil potionis tunc admittrebat usque ad noctem. Nihil vini sibi etiam rogatus indulgebat: artes alias ex alijs excogitabat, quibus corpus affligeret. Brachia inter lanandum in culina feruenti aqua, lucernam in cubiculo vstulabat, aiebat que. Vstulare, immunda sus, vstulare: sic aiebat se discere timere ignem aeternum. Cum a natali sua domo non nisi leucæ interuallo abesset, adigi tamen haud unquam potuit, vt suos inuiseret. Aiebat missionibus nihil esse lautiis in mensa Societatis Iesu. Lingua illi quam parca verborum tam suavis erga omnes magnâ significacione reverentiae, ac demissionis. Sepe aiebat se rusticam, pastoritiam vitam duxisse, ac illius temporis gesta iucundè narrabat. DEIPARÆ imaginem ornabat floribus, & coronis. Aiebat se aliquando noctuabundum cum sociis Angeli custodis implorati voce auditâ, & luce quadam conspectâ è paludibus, & periculo emersisse. Xerij peste ietis opitulatus est.

Magni nominis iurisperitus cum Hispanus. Gadibus. 1601. April. 1601. Societatem abdidit, nil spes suas moratus, ad Septimancense tyrocinium Granarâ pedes mendicatò profectus est per octogenaria propè millia passuum hyeme scuente: Collegia, & Prouinciam rexit maternâ quadam suavitate grauitatis. Loricatum illi pectus, & dorsum, quâ setis quâ ferrea radula, carni adstrictis. Ieiunia, flagra susceptra pro ijs, quos delinquentes ad moinebat; corporis supplicia, nocturna inter orandum peruigilatio, ingenua sine ambiguitate vllarectio, supplementum ab ipso in classe infima doceda præstitum, cum regeret; perdilgens Sacrae cura in illo laudi eximiae fuere. Sacrum p̄ quodam ægro celebrauit, & æger sacro peracto vt fertur, conualuit, pro amillo puero, vt oraret rogatus, prædixit illum cā nocte domi dormiturum. Illo adhuc orante adfuit puer, & dixit se ab ignoto viro exauis, decuiisque adductum, sed illum videri mox desisse. Moriens illud dilecti sibi sancti Pauli aetoma pronunciauit: Reposita est mihi corona Iustitiae? & vixit. Mortuus ære publico à succollantibus cerratim celebrioribus præsulibus est clatus.

DAS

DANIEL ROSNER
COADIUT.

Germanus
Halz. 18.
April. 1630.
Soc. 33.

Fides.
Sacram.

HVnc è latebris hæreseos in hunc modum eduxit Deus, vt aiunt annæ. Non aliud illi persuadere poterat primò noster, quām vt sacrificio immaculato quotidie matutinus ad effet. Faciebat id ille quidem haud grauatae: at de perpetua Christi in Eucharistia Sacramento præsentia mul-

tum anceps: vsque dum defixis atten-
tē oculis in hostiam sacrosanctam
tempore sacrificij eleuatam, ipsum in
illa Christum viuā patientis imagine
spectabilem sibi ostensum dixit: ac
totus primò in S. Matris Ecclesie, de-
inde in Societatis sinum se recepit;
querelas, excusationes & miscendi pla-
nè ignarus, & otij osor; deuoti labo-
ris, charitatis, & amabilis illius fa-
cramenti, è quo sapere didicerat, lon-
gè amantissimus.

Euch.
Pafñ
Christi.

Getman
Monach
19. Apri
21st. p.
Soc. 40.
Concio.

Scripta.

Silentia.

Angel
Consilio.

XIX. DIE APRILIS.

FRANCISCVS
ABBAS COADIUT.

Italij Medi-
ta. 10. Maij,
alijs 19. April
5611.
xstat. 70.
Soc. 44.

Humilitas.
Leto.

Angeli.
Vide annuas
Melicensis.
Labores.

HVmili stirpe, at excelsâ virtute
vir, humilitate potissimum, vn-
de si à quopiam rogaretur, & e-
pistolam aliquam perlegeret, respon-
debat seignarum, ac rusticarum ho-
minem esse. Nunquam induci potuit,
vt crepidis, vel quadrato pilco vtere-
tur. Aiebat se indiguum amore illo qui
in Societate Coadiutoribus exhibetur.
Libellum pium sibi legi curabat: &
memoria commendabat quadam Ia-
cepioni apophthegmata, ac alia singu-
laria, quæ opportunè secularibus in
medium afferebat sensu magno. Ma-
gna illi apud externos authoritas, ma-
gna illorum pereleemosynas in illum
liberalitas. Si noctu ad portam cam-
panæ sonum audiret, mox vestiebat
se, ac Superiori offerebat vt coines
iret Patri ad ægros exituro. Raro car-
nibus vescebat. Aiebant passim, il-
lum cum Angelis familiariter age-
re, atque ab ijs in massa subigenda, &
pane apparando pinsendoque iuuari.
Inde illi voluptate cœlesti exundans

dans pectus in voces diuinæ amoris
æstu plenas eruppebat. Sancti opini-
one, ac nomine vulgo celebrabatur.
Turcæ ipsi captiui dicebant illo mor-
tu, mortuum esse sanctum.

IOANNES DIISSEL.
COADIUT.

A D omnem obedientiæ actum at-
tentrus, nunquam petijt domo vel
pedem efferre, nec exultit, nisi iuf-
sus. Singularis in illo eluxit erga Pa-
tres reuerentia, otij odium, & pieta-
tis exquisitæ donum maximè erga SS.
Sacramentum; coram quo expende-
bat quicquid otij à laboribus illi fuit
residuum teneritate planè insigni.
Omnes de Societate mirifice ama-
bat. Vnde erga eos, qui dimissi
auellebantur, commiseratione maxi-
mâ ducebatur quod bono tanto essent
frustrati.

Germanus
Teutonis. 19.
April. 1621.
xstat. 77.
Soc. 55.

Morit.

P.HIE-